

VERS. 32. — FECIT AQUEDUCTUM, QUASI IN DUAS ARATIUNCULAS IN CIRCUITU ALTARIS. Aratio apud Latinos non solum actionem significat, quæ terra proscinditur, aperitur et subigitur vomere, sed etiam terram ipsam vomere subactam. Sic Tullius, de homine qui multis abundabat latifundus, et qui multis in agris colendis utebatur jugis, dixit multas arationes habuisse. Sic aratio sterilis dicitur, exilis, infructuosa, id est, ager sterilis, etc. Quare cum Elias aratiunculas fecisse dicitur, aut aqueductum, quasi duas aratiunculas, nihil videtur aliud significasse, quam areolam quamdam circum altare fuisse relictam. Quam implevit aqua, quod magis appareret vis celestis ignis, qui non solum bovem immolatum, sed etiam aquam undique circumfusam consumeret. Hebr. est, *beth setaim, zerahh*, id est, secundum saccum, seu mensuram duorum satorum seminis: quasi dicat, tantum spatium seu areolam ad excipiendam aquam esse relictum circum altare, quantum occupare solent duo sata frumenti, nimirum seminata. Ita putat Abul. q. 47, Lyra in lib. Differentiarum, Cajetanus hic. Illam autem areolam cavam fuisse oportet atque profundam, clausam certè vallo, ut exciperet et contineret aquam. Hic Rab. Salomon multa suo more confingit: cum enim videret aream illam, nisi aquarum vi multà impleri non posse, neque satis putaret aquæ à ministris infusum pro tantà areolæ magnitudine, dixit ab Eliseo, qui tunc aderat in illà populi confusà multitudine, allatam fuisse hydriam, quam cum effunderet, partem aliquam aquæ Eliæ manus attigisse, et novo miraculo ex Eliæ manibus tanquam è fontibus erupisse aquas, quæ latum illud spatium impleverunt. Et ideò putat lib. 4. cap. 3, vers. 41, dictum esse ab Eliseo in Eliæ manus aquam infusam. Sed quantum fidei hujus commentis adhibendum sit, non semel admonuimus.

Cur autem tantum aquæ super sacrificium et altare, et circumquaque sit effusum, ea ab aliis adducitur ratio, quam supra attigimus, ut major esset divinæ voluntatis atque potentie significatio, dum major opponitur adver-

saria vis, non quæ ignem ad se attrahat et foveat, sed quæ illum potius retardet et extinguat; et ne quis suspicaretur sub altari clausum esse ignem, illumque artificio aliquo ad Eliæ votum erupisse. Ita putat Lyra. Addam hic quod in homiliâ quâdam de Petro et Eliâ, quæ est apud Metaphrastem, et refert Surius tom. 4 ad vincula S. Petri die primo Augusti. « Attende, inquit Chrysostomus, quod dicturus sum: vidi enim ipse quod dicam. In idolorum altaribus foramina quædam sunt ex inferiori parte altaris, et fovea quædam obsecura. Descendunt autem erroris artifices in foveam illam, et ex foraminibus, quæ diximus, ignem sufflant ad sacrificium conficiendum, ita ut multi decepti ignem illum celestem existiment esse. Ne igitur et Elias in suspicionem veniret, quod et ipse aliquid tale machinatus esset, aquam effudit, ut aqua illa nulla esse infra altare foramina ostenderet. Ubi enim aqua foramen invenerit, illic aqua non consistit, sed per foramina ipsa defluit necesse est. » Hæc Chrysostomus. (1)

VERS. 38. — CECIDIT AUTEM IGNIS DOMINI, ET VORAVIT HOLOCALUSTA, ET LIGNA, PULVEREM QUOQUE, etc. (2). Cum brevem Eliæ orationem habuisset, plenam tamen ardoris et fiduciæ, delapsus est inopinatè à Domino ignis usque adeò vehemens et acer, ut non solum holocaustum et ligna, sed etiam lapides, ex quibus recens altare constabat, et pulverem circumfusum et proximum, etiamsi subtus aquam esset in illà areolâ, cœu fossâ, de qua nuper, imò et ipsam aquam omninò consumpserit. Quod spectabat, sperabatque propheta, quò majori prodigio concuteret populum, et ad veri Deum cultum, quem aut prodiderat aut non adeò curaverat reduceret.

ET AQUAM, QUÆ ERAT IN AQUEDUCTU LAMBENS. Hebr. est, *lachechah*, quæ vox maximè explicat ignis naturam, maximè flammæ, quæ potius videtur externa lambere, et molliter attingere, quàm interiora penetrare, alièque con-

(1) VERS. 37. — TU CONVERTISTI COR EORUM ITERUM. Hebræus aliter redditur: *Convertisti denique cor eorum*. Ad litteram: *Tu revocasti retrorsum*, ab idololatriâ scilicet, cui sese totos dederant. Reddendum ego maluerim: *Tu convertes tandem cor eorum*. Spero tandem futurum, ut revoces aberrantes. (Calmet.)

(2) Julianus imperator, osor ille christiani nominis, ultrò prodigium illud deducti per Eliæ preces ignis agnoscit: « Prodigium hoc spectatum est, ait ille, semel sub Moyse, et dùm post iterum sub Eliâ Thesbite. » (Calmet.)

sumere. Certè ita apparet in aquâ, cujus flamma summam faciem, id est, superficiem lingit, et cum interna non tangat, tamen summa interioresque partes fervefacit, et in calidos vapores solvit et siccat. Sic sanè Horatius lib. 1, Satyr. 5:

*Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Vulcano, summum properabat lambere tectum.*

Virgilius lib. 2 Æneid.:

Ecce levis summo de vertice visus Iuli

Fundere lumen apex, tectumque innoxia mollis

Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.

Claudianus lib. 1 de Raptu:

Lambit continuas innoxia flamma pruinas.

Satis itaque significanter explicatur quomodo ignis summæ innatet aquæ, eademque sensim populetur, et in vapores totam dissolvat.

VERS. 39. — QUOD CUM VIDISSET OMNIS POPULUS, CECIDIT IN FACIEM SUAM. Prodigium hoc inopinatum et rarum commovit populum, qui, licet assentatus Jezabeli et Achab ad peregrinam et barbaram religionem defecisset, non tamen antiquam superiorum temporum memoriam abjecerat, nec ignorabat quot olim modis suam Deum et suis et alienis divinitatem probavisset. Quare præteritorum memor, et hoc grandi miraculo percussus, corruit in terram adorabundus et supplex, et Hebræorum Deum, verum esse Deum professus est. (1)

(1) ET AIT: DOMINUS IPSE EST DEUS, DOMINUS IPSE EST DEUS. Hebr. *Jehova ipse est Elohim, Jehova ipse est Elohim*, q. d.: *Jehova*, qui primus hoc nomen suum indicavit Moyse Exodi 6, 3, ac hoc nomine ab eo et cæteris Israelitis invocatus est, ipse est solus, verusque Elohim, id est, Deus, et Numen omnia gubernans, cælum et terram moderans, à quo proinde nos, cæterique homines omnem alimoniam, omneque bonum expectare et postulare debemus; *Elohim* enim significat Deum, quatenus habet providentiam rerum omnium, omniaque regit, judicat et vindicat. Hinc Hebræi dicunt sumptum nomen Eliæ, sive, ut Hebr. vocatur, *Eliahu*, qui prius vocabatur *Jaberscuab*. *Eliahu* enim idem est, quod *Elia hu*, id est, *fortis Deus ipse*. Jam *El* est abbreviatum *Elohim*; *Ia* est contractum *Jehova*, *Hu* est ipse. Sic *Machabi*, id est, *Machabæi* nomen à Judâ et fratribus sumptum est ex illo Exodi 15: *Mi camocha Baelim Jehova*, id est: *Quis similis tuâ, in fortibus, Domine?* Hoc enim velut insigne et emblema suæ pugnæ et victoriæ præferbant Machabæi, nullam in suâ fortitudine spem, sed totam in Deo collocantes. Elias enim Dei ope fortior exavit Achabo, Jezabele et Baalitis, non tantum passivè, eorum persecutionibus fortiter sustinendo, sed activè, omnes mactando. Sic S. Liduina, quæ in morbis plurimis et acerbissimis per annos 30 et amplius admirabile fuit patientiæ speculum, hoc no-

VERS. 40. — DIXITQUE ELIAS AD EOS: APPREHENDITE PROPHETAS BAAL (1). Hoc unum optabat

men quasi omen futuræ patientiæ accepit. *Liduina* enim Belgicè idem est, quod *lata patientia*, uti habet ejus Vita in initio apud Surius tom. 7, die 14 aprilis. Sic Mars Græcè dictus est, *ἀρετῆς*, quod naturam habeat ἀρετῆς, id est, infractam, invictam, et immutabilem, ait Plato in Cratilo. Unde ad hoc etymon alludens Virgilius,

Infractos adverso Marte Latinos

nuncupat. Sic *Agamemnon*, Sit Plato, hoc nomen accepit ob laborum, quos perpressurus erat, tolerantiam; decem enim annis obsidens Trojam, multa perpressus est. Unde Ἀγαμέμνων dictus quasi ἀγαν μένων, id est, *valdè manens* in obsidione Trojæ. Sic *Elias*, athleta divinus, idem est, quod *fortis Domini*, vel *fortis Dominus*, in eo ejusque operibus.

Notat Benjamin in Itinerario, in Carmelo antrum Eliæ adhuc visi, altarisque diruti vestigia; cujus locus circularis fuerit, diametro ferè cubitorum quatuor. (Corn. à Lap.)

(1) *Elie leur dit: Prenez les prophètes de Baal, et qu'il ne s'en échappe pas un seul. Et le peuple s'étant saisi d'eux, Elie les mena au torrent de Gison, où il les fit mourir.* L'autorité avec laquelle le prophète du Seigneur fit prendre et mourir tout ce grand nombre de faux prophètes en présence du roi même, fait bien voir qu'Elie n'était en cela que l'instrument ou le ministre de la volonté de Dieu. « Il agit, dit saint Augustin, par un esprit prophétique et par la divine autorité de celui qui a le pouvoir de faire mourir, et qui connaît parfaitement qui sont ceux à qui la mort est avantageuse. Hæc prophético spiritu auctoritate Dei faciebat, qui procul dubio novit cui etiam prosit occidi. »

Il est incertain si Elie tua ces prophètes de sa propre main, comme Samuël si long-temps auparavant avait tué le roi des Amalécites. Saint Augustin l'a ainsi cru; mais qu'il l'ait fait par lui-même, ou par le ministère d'autrui, on ne saurait admirer assez la piété si généreuse de ce grand homme, qui, pour obéir à Dieu, fait mourir tous les prophètes du roi Achab, jusqu'au nombre de quatre cent cinquante, sans se mettre en peine de la fureur de Jezabel, cette princesse si cruelle envers tous les serviteurs de Dieu. « Il le fit, comme dit encore saint Augustin, pour imprimer une frayeur salutaire dans l'esprit des peuples, et pour arrêter en même temps le cours des crimes de ceux qui auraient pu devenir encore plus impies, s'ils eussent vécu plus long-temps. Et ce n'était pas témérairement qu'il jugeait ainsi des choses, puisque c'était par la lumière de Dieu même qu'il portait ce jugement. Non temerè ille judicabat, cui tale judicium donaverat Deus. »

Achab fut sans doute également étonné et de la grandeur de ce miracle, par lequel le sacrifice d'Elie fut consumé tout d'un coup avec l'autel, et de cette sainte hardiesse qu'il fit paraître en tuant tous ses prophètes. Il demeura cependant comme enchaîné par une vertu invincible, sans oser toucher à celui qui paraissait tout rempli de l'esprit et de la force de Dieu. Et ce que l'on vit alors est d'une grande con-

Elias, ut omnes verum Deum agnoscerent, et sua consilia meliori jam mente damnarent. Quare cum ad abolendam funditus illam religionem impiam, quæ à Sidoniis in gentem Is-

solation pour tous les justes, lorsqu'ils se voient opprimés par les méchants : car ce que Dieu a fait une fois par le ministère d'Elie, il le peut faire toujours. Quatre cent cinquante faux prophètes sont en la présence d'un vrai ministre du Seigneur plus faibles qu'une toile d'araignée, quand il plaît à la divine providence de faire éclater la gloire de son saint nom. Lors donc qu'il ne le fait pas, c'est qu'il veut que la patience et que la foi de ses serviteurs soit éprouvée, et qu'il attend à faire triompher sa vérité et sa justice dans le grand jour de l'éternité, où nul ennemi ne pourra plus s'opposer à sa puissance, lorsque toutes choses étant pleinement assujetties à Jésus-Christ, il sera lui-même, comme dit saint Paul, assujetti à Dieu, son Père. C'est donc le temps présentement de la patience de Dieu, et de celle des élus. Et ces coups extraordinaires qu'il fait quelquefois en faveur des justes passent bientôt, comme on le verra ensuite en ce qui regarde Elie, lequel après avoir signalé publiquement son courage par cet effet si surprenant de la vertu de celui qui agissait en sa personne, se vit obligé de s'enfuir encore une fois pour éviter la fureur de Jézabel. (Sacy.)

Jamais Juif, dit Voltaire, ne fut plus barbare. Elie, selon d'autres incrédules, vengea le meurtre de ses confrères, mis à mort par ordre d'Achab et de Jézabel; une famine cruelle et une sécheresse avaient, dit-on, à la prière de ce saint homme, désolé son pays. Miracle bien digne d'un prophète juif, par lequel l'innocent se trouvait bien plus puni que le coupable! Cependant cette calamité nationale força le roi d'implorer le secours d'Elie, qu'il avait voulu faire périr. L'homme de Dieu se laissa fléchir; mais ce fut à condition qu'il aurait la liberté de faire égorger quatre cent cinquante prophètes de Baal, pour expier le châtement des prophètes hébreux que Jézabel avait fait punir du dernier supplice. Nous avons déjà observé qu'il est absurde de peindre Elie comme un méchant homme, et de supposer que la sécheresse et la pluie, la famine et la fertilité fussent à ses ordres. Il est faux que Dieu, par les fléaux dont nous parlons, ait puni les innocents plus que les coupables; tout Israël, à la réserve d'un très-petit nombre, était plongé dans l'idolâtrie, ainsi que son roi; il dépendait d'eux de fléchir le ciel par leur pénitence. D'ailleurs, Dieu peut dédommager ceux qu'il afflige dans cette vie. Quand il envoie des calamités générales dont tout le monde souffre, elles servent à la sanctification des bons; elles les purifient, et leur méritent un bonheur éternel. Mais, encore une fois, n'est-il pas absurde de s'en prendre au prophète, qui les prédit par ordre du Tout-Puissant?

Il est faux qu'Elie se soit laissé gagner, sous condition de faire tuer les prêtres de Baal. Il demande seulement à Achab de faire assembler le peuple avec cette troupe de prêtres idolâtres, de préparer un sacrifice, et de reconnaître pour seul Dieu celui qui fera tomber le

raeliticam irruerat, cœperatque latè dominari, statuit ex usu fore religionis antiquæ et veræ illos sacerdotes et prophetas tollere de medio, quorum operâ et studio publica illa populi calamitas serpebat latè, et grassabatur impunè. Cum ergo ad quidvis audendum cerneret paratos animos, et alacres, jubet ut quotquot ibi essent prophetæ Baal (erant autem non minùs quadringentis, et quinquaginta, ut constat supra, v. 22) comprehenderent; quos deduxit Elias ad torrentem Cison, qui Carmeli radices allucebat, ubi multitudinem illam interfecit. Et quidem mirum est cum in illo cœtu esset Achab, cujus imperio omnes

feu du ciel sur la victime. Les prêtres idolâtres invoquent inutilement leur dieu; Elie prie le Seigneur à son tour; le feu tombe du ciel à la vue de tout le peuple, et consume le sacrifice. Le roi et ses sujets reconnaissent leur faute et adorent le Seigneur. Au lieu de lancer quelques traits au hasard contre la conduite d'Elie, les incrédules devraient prouver que ce miracle ne fut pas réel. Mais comment Elie aurait-il fasciné les yeux d'un peuple entier, au point de lui persuader qu'il voyait descendre le feu du ciel sur un autel; que ce feu brûlait le bois, les pierres et tout l'appareil du sacrifice? S'il y avait eu le plus léger soupçon de fraude, Elie n'eût-il pas été sur-le-champ victime de la fureur des idolâtres?

Il exige que ces imposteurs, qui séduisaient le peuple, soient mis à mort; il n'est point ici question de vengeance, mais d'exécuter la loi. Après avoir montré l'impuissance des fausses divinités dont Jézabel avait introduit le culte en Israël, il fait exécuter contre les ministres impies de ces abominables divinités, la loi portée par Moïse pour toute l'étendue de la terre de Chanaan. Ils méritèrent surtout ce traitement, après qu'à leur instigation cette reine avait fait rechercher et mettre à mort les prophètes du vrai Dieu. Il n'appartenait qu'à l'impie Voltaire d'opposer au dogme de l'unité de Dieu la prétendue *bonne foi* des prêtres de Baal et des autres divinités chananéennes.

Ce critique, à cette occasion, nous apprend une chose ignorée de tous les savants qui connaissent la valeur des termes hébreux, c'est que *Sabaoth* signifie *Seigneur*. Jusqu'ici on avait cru (et vraisemblablement on croira encore dans la suite) que *Sabaoth* signifiait *les armées*. On avait remarqué que les idolâtres employaient ce nom pour désigner cette multitude d'étoiles qu'ils divinisait, et que les Hébreux, au contraire, nommaient le vrai Dieu unique, *Seigneur de cette multitude d'astres* que les gentils adoraient sous le nom de *milice céleste*.

Revenons au prophète Elie : C'était un rude homme que cet Elie qui égorgeait tout seul 850 prophètes, ses confrères; car il est dit qu'il les tua tous. Ainsi, quand on lira dans un historien qu'un général a tué tant d'hommes aux ennemis; qu'il a fait tant de prisonniers; qu'il a pris ou coulé à fond tant de vaisseaux, cela signifiera qu'il a fait tout cela seul, de ses propres mains? (Duclot.)

illi prophetæ convenerant, nihil contra Eliæ consilium et populi conspirationem esse molitum. Sed planè illi Deus timorem incussit, et subiti illius incendiù cœlestis admiratio regios fregit spiritus. Neque alioqui satis putabat tutum incitatum et conspirantem multitudinem è suo conatu tam ardenti atque alacri prohibere. Dicitur autem Elias occidisse prophetas, quia jussit ut occiderentur à populo: quo modo etiam dicitur illos duxisse ad torrentem Cison, quia fecit ut comprehensi à populo ducerentur. Quomodo enim homo unus tantam multitudinem horrore mortis renitentem adducere potuisset? Est tamen verisimile suâ manu interfecisse illorum aliquos, quomodo fecit Samuel lib. 1 Reg. c. 15, v. 33, qui suâ ipse manu Amalecitarum regem occidit.

Quærit hic Abulensis, q. 55, an Elias in tot prophetarum interitu peccaverit; et omnino negat, quod necesse est, et videtur significare non obscure Eccles. 48, ubi ab hoc facto Elias commendari videtur: *Qui induxit in illis famem, et irritantes illum invidia suâ pauci facti sunt*. Cujus rei argumentum est non leve, quia statim ab horum cæde pluviam impetravit è cælo. Neque si rem suis momentis expendas, aliquid in hoc Eliæ facto apparet injustum. Nam hi prophetæ Baalis impietatis antistites, et illius religionis vindicæ severi, avertentibus aliis à verâ sanctitate, et dum suum Baalem commendant et colunt, Israelis Deum despiciunt et obscurant. Quare digni fuerunt quos propheta abjectæ religionis zelator et vindex, de medio populo deleret et tolleret. Ita sanè Augustinus lib. 2 de Miraculis sacræ Scripturæ, ubi dicit sine homicidii culpâ cædem illam factam. Quippe qui Elias erat in eâ lege, quæ dicit Levit. cap. 24: *Blasphemum non patieris vivere*. Nullus hominum idolum colit, nisi Dei blasphemus extiterit. Ac per hoc, qui idololatriæ cultores mactaverat, blasphemos et sacrilegos de terrâ purgabat. Basilius homil. 20 de Irâ: *Illum, qui tanquam pharimaco ad ea quæ oportet irâ utitur, Dominus minimè condemnat*. Moyses omnium hominum mansuetissimus vituli idololatriam damnans, Levitarum manus in cædem fratrum armavit. Phinees justâ contra publicè fornicantes irâ, ut oportebat, usus, protinus utrumque trucidavit. Samuel regem Amalec justâ irâ in medium trahens occidit. Sic itaque fit irâ sæpenuerò bonarum actionum ministra. Elias verò zelotes quinquaginta supra quadringentos turpitudinis sacerdotes,

et quadringentos sacrorum nemorum comedentes de mensâ Jezabel justâ sapientie indignatione in totius Israel utilitatem, ut morte mulctarentur effecit. Hæc Basilius. Eadem penè Optatus Milevitanus lib. 3 contra Parmenianum Donatistam.

VERS. 41. — ET AIT ELIAS AD ACHAB: ASCENDE, COMEDE ET BIBE, QUIA SONUS MULTE PLUVIÆ EST (1). Non minùs, opinor, clauserat

(1) *Elie dit ensuite à Achab: Allez, mangez et buvez; car j'entends le bruit d'une grande pluie. Et il monta sur le haut du Carmel, où, se penchant en terre, il mit son visage entre ses genoux, etc.*

Comme Achab était dans la dernière consternation à cause de cette prodigieuse sécheresse qui causait une famine générale dans son royaume. Elie, après avoir fait mourir tous ses faux prophètes, l'exhorte à prendre courage, et l'assure que Dieu enverra bientôt une grande abondance d'eau sur la terre. Ce qu'il lui dit, qu'il entendait le bruit d'une grande pluie, se peut encore expliquer en cette manière, qu'il allait bientôt entendre, ou bien l'on peut dire qu'il parlait alors en prophète de ce qui devait arriver comme s'il était déjà présent. Car puisque saint Jacques nous assure que ce saint homme ferma le ciel et qu'il le rouvrit par sa prière, on ne peut regarder cette pluie dont il est parlé ici, que comme un effet de la prière très-fervente qu'il fit aussitôt après, lorsque, mettant ses genoux en terre et s'abaissant profondément devant Dieu, il eut la force de faire tomber l'eau du ciel, comme il l'avait arrêtée jusqu'alors pour punir l'impiété d'Israël et de son roi.

Tout ce qui se passe entre lui et son serviteur, à qui il ordonne d'aller regarder du côté de la mer jusqu'à sept fois, et qui vit enfin un petit nuage, comme le pied d'un homme, qui s'élevait de la mer, est visiblement rempli de mystères. On pourrait dire que cette attente où l'on était de la pluie du ciel, et tous ces voyages et ces regards réitérés du serviteur d'Elie vers la mer, marquaient peut-être figurément l'ardeur et l'impatience toute sainte où étaient les justes dans l'attente continuelle du Messie, qui devait, en paraissant dans le monde sous le voile de sa sainte humanité, comme sous cette nuée dont il est parlé ici, répandre avec abondance tous les trésors de ses grâces, comme les eaux salutaires qui pouvaient seules arroser la sécheresse et désaltérer le cœur des hommes, pour faire produire des fruits de vie à une terre qui ne produisait auparavant que des fruits de mort. Heureuses les âmes qui, même après l'avènement du Fils de Dieu dans le monde, sont continuellement appliquées à regarder vers cette mer et cet océan infini, d'où elles peuvent espérer ce qui est capable de désaltérer la soif ardente que leur cause la sécheresse de cette vie misérable, et l'amour qu'elles ont pour la justice! Dieu ne leur accorde pas toujours aussi promptement qu'elles le souhaitent cette eau vive dont parlait depuis Jésus-Christ même à la femme de Samarie. Elles sont souvent obligées de la demander